tua. in glo. **¶** Itē si filius ex cōtractu p̄ris
iussu eius mutuo pecuniā accipit nō tenet̄
eam soluere creditori: nisi sit heres patris.
L. qd̄ cum eo qui in aliena potestate est. si
ex cōtractu. hoc est v̄ez fm̄ glo. si accipit
vt nuncius vel minister. Non solidū autem
p̄ncipalis debitor 7 eius heres soluere te
nent̄. sed etiam in defectū boz fideiussoz
7 eius heredes. ff. de fideius. p̄t. §. i. Debz
aut̄ p̄clat̄ soluere debita sui p̄decessoris
pro ecclesie vtilitate cōtracta. c. 7. c. e. i. alie
cōtractus esset inualidus. io. q. 2. §. h̄ius.
7 re fundi p̄ in integrū restitutionē. c. 7. de
reli. in inte. requisit. p̄clat̄ enim quasi
sui p̄decessoris heres eē videt̄. di. 40. c.
i. fm̄ enim Inno. ecclesia vel ciuitas nūq̄
in mutuo obligat̄ nisi sit v̄sum in vtilitatē
eius. ff. si cer. pe. ciuitas. **¶** Quid de illo q̄
soluere tenet̄: nō tamē p̄t. q̄ nō habz v̄i
soluat. R̄o q̄ talis tenet̄ vel conuenit̄ aut
ex maleficio aut ex p̄tractu. si ex maleficio
tunc si nō ē soluendo punire p̄t 7 verbe
rari. vt notatur. i. 4. q. 6. si res. nec eius pe
na est p̄cio redimenda. i. q. 2. debemus.
Et ex quo talis penam corporale sustinuit
pro debito: non tenet̄ soluere: imo liberat̄

quia pro eodem non debet bis indicari. vt
in. c. si res. Si autem conueniat̄ ex cōtra
ctu non est corporaliter puniendus. si suffi
cit q̄ cedat bonis. L. qui bo. ce. po. l. vlti.
tamen si postea venerit ad pinguiorē fortu
nam. vt c. 7. e. odoardus. tenet̄ soluere sed
nō totū. si quantū p̄t habita rōne ne ege
at. insti. de ac. §. vlti. Tamē in iudicio ac
totum restituet etiā si nihil remaneat sibi.
quia non dimittit̄ peccatū nisi ablatū resti
tuat̄. vt in. c. si res. h̄ec Ber. 7 Hosti. c. 7.
de homi. sicut dignum. 7 Jo. di. 86. nō fa
tis. 7. 9. q. 6. c. i. Ad hoc nota q̄ quando
iudex dubitat vtrū quis totū vel partē sol
uere possit: si ferat sententiā ex cōcicatiois
cōtra nō soluente tenet̄. Sed si certus eēt
q̄ nihil soluere possit vel si bonis cessit: nō
non teneret. vel si teneret: quod est tutius
dicere: iniusta eēt. 7 iste sine difficultate ab
solui deberet. 7 tenetur iudex ad interesse.
h̄ec Ber. c. 7. e. odoardus. Inanis enī ē
actio quam inopia debitoris excludit. c. 7.
de resti. spo. olim. z. **¶** Nota etiā q̄ soluē
do nemo intelligitur esse nisi qui potest in
solidum soluere. ff. de colo. nam is. Quid
si mibi p̄mittas pecuniā quā mutuanī
tibi soluere certo loco 7 non soluas in isto
loco. R̄o teneris mibi quantum intererat
mea fuisse solutū in illo loco. 7 ideo p̄ offi
cium iudicis ad interesse cōdemnaberis
mibi. quia abstulisti mibi vtilitatem loci.
7 ita in hoc teneor tibi. h̄ec enim actio v̄i
lilitatem continz v̄triusq̄. factoris 7 rei. ff.
de eo quod cer. lo. l. 2. Et dicitur h̄ec actio
certi conditio. Quandoq̄. n. petis p̄ncipale
debitum p̄ncipali actione. p̄nta ex testi
monio vel certi conditio. tunc debet in
teresse peti officio iudicis. 7 hoc in contra
ctibus stricti iuris. sed in contractibz bone
fidei vt in emptōibz 7 locatōibz 7 h̄i. si p̄
misiisti mibi soluere certo loco venit inter
esse iure actionis. h̄ec Ber. c. 7. de offi. v. le.
p. 7. g. Et idē videtur dicendū de eo qui
soluit in termino p̄firo. **¶** Sed nunquid
dies solutionis a debitore poterit p̄ueniri.
R̄ndeo aut̄ dies solutionis est adiectus i
fauorem debitoris. 7 tunc debitor potest il
lum p̄uenire. quia plus soluit qui ante
tempus soluit. insti. de ac. plus autem. Aut
in fauorem creditoris. 7 tunc non potest
p̄uenire. ff. de in. eum qui. 7. ff. de au. 7 ar.
lega. cum qui. h̄ec Jo. de conse. di. prima.
solent. sed repetere non potest quis ante
terminū pecuniā debitā. c. 7. de plus pe. c. vno

Hoc tñ fallit primo in marito ad inopias
vergente. de quo require circa si. ti. de m. i.
monio. Secundo in debitorē fugiente. ff. q.
in fran. ere. ait pctor. §. si debitorē. Tertio
in debitorē suspecto. qz pōt cogi dare cauti
enē. ff. qui sa. da. co. si f. de iustor. §. si. h. ec
h. osti. e. x. plus p. c. vno. ¶ Quid si aliq
bona cōsa habent 7 vnus eorū contrahit
es alienū: 7 postea diuidant. nunquid am
bo debita soluent. Rndet x. dupl. qz aut
es alienū fuit cōtractū ab oib: 7 tunc oēs
soluent. aut ab vno tñ: 7 tunc aut ē cōtra
ctū occasione omniū bonorū 7 in cōmunē
utilitatē 7 pfectū vñ. 7 sic soluet de cōib?
bonis si contrahēs hoc pbauerit. ff. de ne.
ge. pomponius. i. Et nō est in cōm utili
tatē versū vel nō probat qz sit. 7 sic tñ cō
trahens soluet. ff. de reg. in. nō debet alteri.
Nota qz si debitu sit scriptū 7 debitor velit
probare p testes sine scriptura solutionem
oportet qz ipse probet p. s. testes rogatos. 7
isti pōt testificari pro solutiōe quā debitor
facere voluit: vel pro solutiōe facta ipsi cre
ditori: vel pro pessione creditoris. 3. q. 9.
si nō abiti. Et sm. 3o. oēs illi testes roga
ti dicunt qui rogati sunt a iudice: licz ad
aliud venerit. ff. de testa. heredes. Si vero
debitū sit cancellatū liberatur debitor nisi
22ū pbz creditor. ff. de pba. si cyrographū
¶ Equit videre de quarto. s. cui sit sol
uendū. Circa qd sciendū qz solue
dū ē creditorī vel eius successorī:
cui cōpetit actio obligatōis: si tñ sit cōpos
mentis 7 maior. 25. an. In minorib? autē
sic distingue. cū creditor iuuē ē pupillus 7
ipsi soli soluis ipso iure nō tenet solutio nec
es liberatus: imo si pupillus pecuniā non
habeat saluā pōt iterū petere quod soluit
Si vō pecuniā habeat saluā liberaris qdē
nō ipso iure: s. p remediū exceptiōis. qz si
iterū petat amouebit exceptiōe coli mali.
Si vō soluas pupillo cū sui tutoris aucto
ritate tenet solutio: 7 liberatus es ipso iure.
si tñ ipse pupillus pecuniā psumperit aut
vi vel furto amiserit rextet iterū p bñfici
um restitutiōis in integrū. Si aut ei soluas
auctoritate iudicis vel eo volēte rōponas
iussu iudicis pecuniā apud eadē sacram ne
ipse pupillus pdat cā: ipso iure solutio tenz
7 restitutiōis bñficiū cessat: etiā si tutoris
auctoritas interueniat. De adolecētib?
aut sic distingue. s. qz adolecens aut habz
curatorē aut nō. si nō: sic ei soluendo libe
raris ipso iure. pcurabis tñ qz ipse iuret mo

re minorū ne al' p'dita pecuniā restituat' in
integrū. Si aut' habet: aut in solutiōe inter
uenit auctoritas curatoris: aut si. si sic solu
tio tenet 7 liberaris ipso iure: licz ipse adole
scens p'dita pecuniā restituat' in integrum
qua restitutiōe p'uarit' si iuravit. Si vō nō
interuenit solutio nō tenet: 7 ideo nō es li
beratus: nec dat' ei restitutiō ipso iure non
valente qd actū est. Itē solui pōt tutori ul'
curatori minoris 7 tenet solutio ipso iure:
lz minori restitutiō d'f. Itē in stipulatiōe
adiecta qcuqz sit ille: etiā nolēte creditorē:
nisi pmo cū eo litē p'testet: vel nisi status
adiecta mutet' in p'ditōez exteriorē. ff. de co. si
quis stipulatus. Itē seruo creditoris. ff. e.
si quis seruo. Itē si soluo creditorī credito
ris mei libero: nisi forte interesse credito
ris mei nō fuisset soluti. ff. de ne. ge. si liber
homo. Et hoc ē vtz si quantitas d'bet. se
cus ē si factū. ff. e. iter artifices. Hec h. osti.
Itē si aliquis mandauit vt ticio soluan:
tēni p'hibeat cū recipit: si p'hibitiōez igno
ro soluendo ticio libero: si aut' scio nō libe
ro. ff. e. si quis stipulatus. Itē creditor te
bitorē iurū liberare pōt. ff. e. si debitor. Itē
si iniuro 7 ignorante creditorē alteri sol
uat' nō liberat' debitor. L. e. iniuro. nisi ille
alter cēt focius. ff. de pac. si vnus. vel pcur
ator e' mādatur' ignoret' cē reuocati. ff. e.
s. de solu. l. vō pcuratori. cuiusqz aut volū
tate creditoris soluat' liberat'. L. e. nihil. p
curatori vero litis nō soluit'. ff. e. h. iure.
Itē qz soluit p'ncioso nō liberat'. puta qui
soluit luxurioso vt at meretrici. ff. de ann.
le. eū qz rogatus. ¶ Quid si d'beo tibi cētū
lib. 7 cōmune cogit me sibi soluere illas
cētū. nūquid poteris a me petere illā pecu
niā. Rndet x. qz aut tua bona erant obli
gata cōmuni ex cōtractu. aut nō ex p'ctu
si ex cōtractu tunc iure retinet: 7 nō ptes
a me petere. si vō nō ex cōtractu: aut iuret
publicata ppter delictū. 7 sic sum liberatus
nec teneor tibi in aliquo. aut fuerit alicui
data ppter utilitatē publicā vel ppter sta
tutū ciuitatis. s. p stipēdiarijs militibus 7
huiusmodi. 7 tunc teneor tibi. ff. de rei ven.
item si verberatū. §. i.

¶ Equit videre de quinto. s. quid 7
quantū est soluendū. Circa quod
sciendū qz soluendū est illud quod
est in obligatōe. s. res vel quantitas ab ob
ligato debita. si tamen sit res corporalis:
qz icorporalia non recipiunt solutionem
vel traditionem. ff. de acqui. re. co. seruus.

§. incorporeales. nō ergo aliud ē solvēdūz
nisi quod erat in obligatōe. qz aliud pro
alio solvi nō pōt nisi creditore cōsentiente.
vt insti. qui. mo. tol. ob. §. i. Aliquando tñ
cogit aliud pro alio accipere. vt in ecclesia
debitore. 7 in eo qui debet aurū cū in eius
substantia nō reperit aurū. 7 in eo qui dō
feruum cuius vult solvere precii. quia dī
ēit cum suū ē cognatū. vt. l. de sac. san. ec.
h. ius. 7. l. e. aut. nisi debitor. 7. ff. de le. i. si
comus §. in pecunia. Itē in noxali actiōe
ff. de re iud. miles. §. i. 7. z. S3 qualis mo
neta dabit in solutione. Rō solutio fieri
debet ad illā monetā que currebat tpe con
tractus. c. 7. de cen. c. penul. bec glo. c. 7. de
iniuri. olim. Nota fm hosti. qz in moneta
tria requirunt. s. pondus materia 7 forma
vñ reprobat si deficiat in mā vel pondere
vel forma debita. vt quia nō ē talis forme
que currat 7 recipiat. vnde creditor mu
tuans prouideat qz in instrumēto ponat
qz sibi debet pecunia eiusdē materie valo
ris 7 ponderis 7 in eodē cursu. S3 quid
si mercator de hoc sibi nō puidit: 7 dñs
terre cursū mutate pecunie prohibeat. 7
sic diminuta sit libra in duobus vel tribus
solidis. cuius erit damnū. Vnde hosti.
ē 7 de iurei. veniens. qz moneta aut repro
bat ex causa iusta. s. quia diminuta est in
valore. 7 tunc damnū erit debitoris 7 non
creditoris. ff. de creditor. Aut ex causa iniu
sta. s. quia dñs vult cōsequi lucrū. 7 tunc
aut debitor fuit cōsciens fraudis vel culpe.
aut non. Si sic erit suū damnū. ff. si cer. p.
qz te mibi. Si nō: sufficit qz debitor pecuniā
in eodē pondere 7 valore quo ad pondus
reddat: s3 sit diminuta quo ad cursū. nisi
aliud dictū sit. vt ibidē. l. z. Quid si alieni
nūmi infelo vel inuito comino sunt soluti.
Vnde a30. qz si discerni possunt ab alijs
manēt eius cuius fuerūt 7 eos vendicare
pōt. Si vō non pōt qz sunt mixti cū alijs:
sunt eius qui accepit. nec pōt eos dñs ven
dicare. s. et pōt actio furti in dante. ff. de
si alieni. Nota etiā qz qñ quis tenet ad
alterū dnoz sub alternatōe liberat quod
voluerit p̄stādo. insti. de here. insti. §. si plu
res. Hoc aut fallit p̄mo in legatis. 2º in si
deicōmissarijs libertatib⁹: qz quidē duo si
relinquant sub diuersis conditionib⁹ 7 ier
tis nouissime parcedū ē. ff. de pdi. 7 demō.
sub diuersis. 7. l. p. fideicōmissū. 3º qñdo
dno tenent in solidū sub alternatione ad
aliqua. tunc enim creditoris ē electio. ff. de

pdī. inde. plane. 4º in legatis in genere.
vt cū testator habēs duas conchas legat
concham sine determinatione. tunc. n. de
ctio ē legatarij. ff. de le. i. q. duas. Bec Bar.
vel Brocar. dicit 7. ff. de testa. idicāte.
S3 Ber. c. 7. de rescrip. iter ceteras loquēs
de pdicto. 4º casu dicit qz heres h3 opti
onē nisi sit in mora. qz tunc ad legatarij
optio ptinet. Quid si quis soluit am
plius suo creditori qz debuit. Rō: ei quis
indebitū soluit: aut soluit scienter: aut igno
ranter. Si scienter. aut sponte: 7 sic nō pōt
repetere. qz videt conasse. ff. de pdi. ide. l. z.
Aut coactus p metu iuramenti: 7 sic potest
repetere. ut si quis iurauerit vsuras solvere
debet solvere: 7 postea repetere. c. 7. de infim.
debitoris. in glo. 7 in textu. Si vero soluit
ignoranter aut p ignorantia iuris. 7 sic nō
potest repetere: aut facti: 7 tunc aut p igno
rantia probabilē. 7 sic pōt repetere. vt si is
cui successit satisfecerat de debito. qz q suc
cessit in locū alterius habet instā ignorantie
causam. aut minus pbabilē. 7 sic non
potest repetere. L. ad l. fal. error. Nota in
super ad maiore euidentiā qz in iure civili
aliquid dicitur indebitum multipl̄. Uno
modo dicit indebitū iure tñ civili: qd tñ
est debita iure naturali. vt illud quod pōt
retineri per legē fal. Et similr si parus vel
pupillus pmittat tenet naturalr: nō civi
liter. Et qui soluit indebitū tale p ignorantia
facti pōt illud repetere. vt si legatū de q
falcidia detrahere potui: integre solui cre
dens hereditatē ad oia sufficere: tenet le
gataris mibi restituere. Si aut p ignorantia
iuris sic nō repetit. L. ad l. fal. error.
nisi soluat a persona p̄ilegiata. s. a milite
rustico minore vel muliere. ff. de pba. cuz
de indebito. §. sin aut p̄mus. Similiter si
aliquis post p̄scriptionē p̄pteram promisit
se soluturū scienter tenetur. s. si ignoranter
non tenetur. ff. si quis canti. sed 7 si. Bec
xx. 2º dicitur aliquid indebitū iure natu
rali tñ sed debitum iure civili vt p instru
mentum si tenebar tibi in aliqua pecunie
quantitate. fecisti aut mibi pactū de nō pe
tendo: vel iurasti nō petere: soluta ē obliga
tio naturalis: remanet tamen civilis. vñ si
psolui repetere possum. 3º dicit aliquid
indebitū iure civili 7 naturali simul. vt si
tibi tenebar in aliqua pecunia per instru
mentū. 7 fecisti mibi pactū de nō petēdo vl
iurasti nō petere: 7 reddidisti instrumentū
soluta est obligatio naturalis p pactū vel

inramenti: 7 civilis p instrumenti reddidit
 Et in hoc c. sa per quancūq; ignorantiaz
 soluat: repetet. si si sciens soluat nō repetet.
 qz donasse videt. ff. de p. di. inde. l. i. Enar
 to dicit aliquid indebitū p exceptionē: qd
 tamē est abitu iure naturali vel civili vel
 etiā vtroq; hec autē exceptio aut est tpalis
 aut ppetua. aut dubia. san sit tpalis aut p
 petua: aut sit introducta ad seruandū iuris
 rigorē. Si ergo sit aliquid indebitū p ex
 ceptionē tpalē 7 soluat: repeti nō pōt. vt
 si pmissi aliquid dare cū moriar: si cetero
 ante repetere non possum. ff. de p. di. inde.
 nā si cū moriar. Si vero sit indebitū p ex
 ceptionē ppetuā. i. generalē. aut ergo illa ē
 fauorabilis. 7 si solutū ē p errorē indebitū
 pōt repeti. vt cōtingit in velleiano. qz ppter
 fauorē mulier q nō fideiubeat ē statutū
 Aut ē odiosa. vt si filius familias 7 mace
 donianū mutuum accepit 7 paterfamilias
 soluerit: nō repetit. macedonianū. n. in cre
 ditoris odiū dat. imo si indebitū p ipm p
 ignorantia sine iuris sine facti soluat: nō
 repetit. Si autē exceptio sit dubia. puta p
 missi tibi centū lib. si veniret de asia nauis
 mea. hec enī exceptio ē dubia an sit tpalis
 vel ppetua. qz si nauis veniat fuit tpalis. si
 nunq; venerit ppetua. sic pcedit ac si cēt
 ppetua 7 fauorabilis. vnde indebitū solu
 tū repetit. Et de his tribus membris habet
 ff. de p. di. inde. q. exceptionē. Si vero sit
 exceptio introducta ad seruandū rigorē
 iuris vt exceptio rei indicat: tunc indebitū
 si sciens soluat nō repetit. vt ibidē. index
 hec Ber. c. x. e. is qui. 7 de pcur. in nostra
 Nota iterū q indebitū solutū nō repeti
 tur in sex casib⁹. Primo quando soluit ex
 causa iudicati. vt proxime dictū est. Secūdo
 quando debitor creditori contulit iuramentū
 7 ille falso iurauit ipm in tantū eē obliga
 tū. insti. de obli. que ex quasi. Item is cui. in
 glo. 7 insti. de acti. §. item si quis. Tertio
 qn causa trāsactōis soluitur. l. de p. di. inde.
 l. z. Quarto qn soluit ex causa que creuit
 p inficiationem. vt actio legis aquilie que
 dat in simplū 7 pstitentē 7 in duplū cōtra
 negantē. vt si occidisti aial vicini tui. ff. ad
 l. a. qui. inde. neracius. §. hec actio. Quinto
 quando soluit ex pietate. ff. de p. di. inde. cū
 is. §. penul. Sexto qn aliquis sciēter soluit
 l. de p. di. inde. indebitū. hoc tñ fm cano
 nes fallit in vsura que indebitē soluta re
 petit. c. x. de iur. i. debitor. hec accur. l.
 de p. di. inde. l. i. glo. sup vbo iudicati. vnde

vsus. Indicat 7 iurat transacta negat pie
 tas scit. Quid si sup maiori quantitate
 qz sibi debeat fecerit quis sciens 7 dolose
 a debitorē sibi caueri. Rndet Ber. c. x. de
 plus p. c. vno. 7 x. qz si talē penituerit frau
 dis 7 cōfiteat veritatē ante litē pstatat:
 debitu nō pdit: s. punitur in expensis quas
 reus fecit. Si vero pstitit in crimine. 7 tan
 dem de adiecta falsa quantitate pincat:
 in toto debito punit nisi in duobus casib⁹
 Unus est quando creditor puctus trāsi
 git cū debitorē sup pena 7 super dolositate
 illa: imo si quis est dolo inductus ad trāsi
 gendū de illa dolositate: non pōt accipere
 dolo prius cōmissio in extorquēda cautōe
 s. de dolo pscnti. Secūndus ē quādo pns
 extortam dolo cautionē debitor cōfiteat se
 totū debere. l. e. l. i. Quid si quis bis cre
 ditori pecuniā soluat: quia nesciuit se pmo
 soluisse: 7 post recorder. R. indebitū pōt
 repetere: s. ipse tenet. pbare q soluta sit in
 debite. vbi creditor negat et solutionē fa
 ctam sibi fuisse. 7 tunc si pbabit sibi solu
 tio facta oportet q creditor pbet q illa pe
 cunia sibi fuerit debita. c. x. e. is qui. hoc in
 telligit de psonis nō pnuilegiatis. secus est i
 puilegiatis vt de pupillo sine minore mul
 ere milite rustico simplicitate gaudēt. isti
 enim non tenent pbare indebitū fuisse. s. q
 recipit pbare debet debita fuisse. ff. de pba.
 cum de debito. §. sin autē. i. hec Ber.
 Nota q qui primo negauerit pecuniam
 uumeratam 7 postea de hoc conuictus fu
 erit: pponere non potest exceptionē solutio
 nis in penam mendaciū. l. de non nume.
 p. auē. qui ppriam. Item neq; delicatus
 debitor nec onerosus creditor a iudice au
 diatur. ff. de pig. ac. si seruas. in fi. Et qdēz
 fm glo. delicatus debitor est qui nec vnū
 vult soluere nūmum. s. onerosus creditor
 ē q sibi vult solui vsq; ad qdrantē vltimū.
 Equit videre de sexto. l. de effectu
 solutionis. Est autem effectus solu
 tionis dummodo legitime fiat co
 modo quo dictum est supra. vt tollat ois
 obligatio quecūq; sit illa tam principa
 lis qz fideiusoria. vt insti. quibus modis
 tolli. obli. in principio. Ad hoc autem vt
 tollatur omnis obligatio oportet vt solu
 tio plene 7 integre fiat. 7 tunc fit liberatio
 pro illa solum. Sed quid si plures debi
 tores erant in solidum obligati: 7 vnus
 eorum pro se partem virilem soluit 7 cre
 ditor admisit. Rndeo per hoc obligatio

eorum in solidū tollitur: 7 alter pro altero
 polica nō erigit aut iucniē. s. quibz cor
 tū pro se 7 parte virili exceptide opposita
 pacti taciti nisi dictū sit in p̄trariū. vt. l.
 de p̄c. si creditores. Itē qm̄ plures aliqd
 p̄mittunt aut p̄mittunt pecuniā: 7 tunc
 quilibet liberat soluendo partē suā. ff. de
 p̄d. inde cū dono. Aut sp̄m̄: 7 tunc non li
 berat. ff. de v. ob. l. z. aut factū. 7 nūc ab oī
 bus cōpleri debet. ff. de manu. testa. 7 si ita
 fuit. dno b̄ seruis. Hec l. hosti. c. de p̄. con
 stitut. Itē si quis p̄mittit. 40. lib. in aliq̄
 termino sub pena decē lib. si soluerit. 30. lib.
 infra terminū nō debz erigi pena nisi p. io
 nō solutis eēt. de p̄. su. i. Ubi nota s. Ber.
 q̄ illud quod p̄mittit sub pena aut p̄sistit
 in dando: aut in faciendo. si in dando. sic
 i totū pena p̄mittit: s. p parte sit satisfactū
 ff. de v. ob. stipulationū. z. §. si forte. Ita di
 cunt oēs legiste p̄ter dñz meū qui dicit
 q̄ opposita vli exceptione repellēt a pena
 p rata partis solute. 7 ē cū eo. Hof. i. de p̄
 nis ar. fm̄ eos. ff. de v. ob. l. z. §. vlti. 7 hec
 equitas seruaf i. c. suā. q̄ non debet quis
 cū alterius iactura vitari. vt ibidē dicitur
 Si in faciendo: aut ergo illud quod fieri
 debz est indidui. i. tale qd nō p̄t diuidi
 in partes. 7 sic in toto pena p̄mittit si non
 fiat. vt si mibi sit a te seruitus p̄stituta sub
 certa pena: 7 accedas pluribus heredibus
 relictis: 7 vnus eorū tū me impediāt: pena
 cōmittit in totū. ff. de v. ob. eadē. §. cato. in
 p̄n. Aut ē diuidui: vt cū quis stipulat ge
 neraliter hominē vel vas quodlibet. 7 sic
 pro parte tū cōmittit pena in cōtractibz.
 vt si procurator sub certa pena promisit
 dñm rati habiturū sup rē certam: 7 sunt
 plures sup quibz stipulatio rata est habita
 si oīs in vno cōtrauerit: nō cōmittitur
 pena nisi pro parte. ff. rem ra. ha. si cura
 tor ratā rē. s. in iudicis pena cōmittit in so
 lidū. exceptio tū coli opponit p parte. ff. si
 quis cau. si seruis. In p̄mo tū casu. s. cum
 pena p̄sistit in dādo distinguit. x. l. q̄ illd
 quod dari dz dat aut ab vno: aut a pluri
 bus. si ab vno: tunc si pro parte vel pena
 in solidū cōmittit. vt in l. stipulationū. Si
 a pluribus: tunc pena pro parte cōmittit
 7 erigit. ff. de arbi. si duo. nisi illi plēs loco
 vnus habeant. vt ibidē. i. §. cui fundus.
 Itē si quid sub pena promisi 7 non solui
 pena ē p̄missa. si tamē postea soluo liberoz
 a pena. ff. de ar. l. vlti. hoc ē vey fm̄ accur.
 si soluo ante iudiciū ceptū 7 ante q̄s credi

toris interfit. vt ibidē. l. sicut dies. §. vlti.

De donatōibus inter viuos titulus 20.

Deinde q̄ dictū ē sup d̄ venditi
 one 7 p̄mutatōe in quibz reruz
 dñium transferret non gratuito.
 nunc dicendū ē de donatōibus
 in quibus transferret dñium rerū gratuito
 Videndū ē ergo p̄mo quid sit donatio 7
 vnde dicit. 2. de sp̄ibus donatōis. 3. q̄s
 p̄t donare. 4. cui p̄t donari. 5. quid p̄t
 donari. 6. quō donatio fiat. 7. ad qd do
 nator tenet. 8. ex quibz causis donatio re
 uocet. Circa primū sciendū q̄ donatio
 ē mera liberalitas qua nullo iure cogente
 aliquid cōcedit. ff. de l. i. 7. z. Vel fm̄ hosti.
 est rei licite nullo iure cogente mera libera
 litate facta collatio. Sola aut obligatio ci
 uilis p̄cedens non impedit donationem
 quia illa nō est efficax ad agendū vel reti
 nendū vel cōstituendū. sed naturalis sic.
 q̄ sufficit ad cōstituendū. ff. de hoc iure. §.
 vlti. Vera ideo dicit. quia si sit ex necessi
 tate non ē donatio. ff. de adimen. legatis. rē
 legatam. Dicit aut donatio a dono quasi
 doni donatio. ff. de dona. cā mor. senatus. §. i.

Circa secundū sciendū q̄ donatio
 nū alia ē simplex. alia ob cām. sim
 plex est illa que non habet cām:
 7 est irrevocabilis: ita vt nullo casu dona
 tor velit ad se reuerti rem donatā. ff. de l. i.
 Donatio ob causam ē cū interponit vt ali
 quid fiat vel non fiat. vt est donatio p̄pter
 nuptias 7 causa mortis 7 dotis. Decens ē
 forte de donatione sponsalioz fm̄ q̄so. q̄
 ipsa sit pure 7 simplr: s. insit p̄ditio tacite
 p. l. ff. de hoc iure. §. vlti. Itē donatio alia
 est inter viuos. vt quando rē quam dono
 malo habere illū cui dono q̄s me. alia cā
 mortis. vt cū rē quā dono malo me hēre
 q̄s cū cui dono: s. magis ipm̄ q̄s heredē me
 um. ff. de do. cā mor. l. i. Ad p̄sens autē
 intētio est dicere tū de donatione inter vi
 uos. hec autem vt dictū est debet eē mera
 debet etiā eē pura: nō ficticia. vt. s. donator
 habeat p̄positū transferendi p̄prietatez. ali
 ter enim dñium transferre nō p̄t. ff. de i. edi
 bus. §. vlti. in fi. debet etiā eē simplex. i. sine
 causa: 7 irrevocabilis. vt dictū ē supra. id
 etiam in instrumentis de donationibus
 inter viuos dicitur. donauit pure libere
 simpliciter 7 irrevocabiliter inter viuos.
 De donatione vero dotis 7 de donatione

propter nuptias: et de donatōe inter spōsalia habet infra li. 8. ti. de matrimonio. circa fi. De donatōe autē eā mortis habet infra. ti. Itē donatiōnū alia psonalis: alia realis si. n. ep̄s donet rem ecclesiasticā alicui psonae magis eēt donatio psonalis q̄ realis. .io. q. 2. hoc ius. Si vō donet plurib⁹ psonis immediate sibi succedentib⁹ psumit esse realis. qz psumit donasse dignitati. e. x. de dona. cū dilecti. Si autē donet ecclesie psumit etiā eē talis. s. realis. qz ecclesia non pōt mori. et iste psumit ppetuo donasse. i. 6. q. i. c. fi. hęc Ber. in. c. cū venissent.

Circa tertiu sciendū q̄ donare non pōt monachus vel p̄herus. di. 5. 4. abbati. nec abbas seruū ecclesie: nisi tenet ecclesie duo seruū eiusdē meriti et p̄culij. i. q. 2. ep̄s qui mācipiū. alias vō res cum cōsensu capituli vel solus donare pōt. sed cū solus donat quantitas dati et p̄suetudo terre diligent⁹ debet attendi. et fm hoc donatū est ratū v̄l irritū iudicādū e. x. c. ceter. Dicit autē ibi Ber. q̄ h̄z alanū abbas pōt facere donatiōnē loquendo de paup̄erū erogatione quā pōt facere quilibz prelatus ecclesie. ita tñ q̄ nō proget ad munerū quantitātē. vt inuit in. d. c. ceterū ar. di. 86. non satis. p̄siderata p̄suetudine et facultate ecclesie. e. x. de censu. cū apl̄s. i. fi. Vel pōt etiā dici q̄ abbas pōt facere donatiōnē verā quā pōt facere prelatus: si hoc habet loci cōsuetudo: que dat iuris dictionē et liberiorē aditū. e. x. de bis que s. a. pla. sine p̄sen. cap. c. ea noscitur. ita tñ q̄ ecclesia enormiter nō grauet. e. x. c. frater nitate. Itē donare nō pōt minor. 25. an. nisi maior fact⁹ ratū habuerit. vt in. l. vlti. hęc furiosus nec p̄dignus. ff. c. modestin⁹. §. penul. et de cur. suri. l. vlti. hęc ignozās: nec inuitus. l. e. hęc is cui ē alienatio interdita. vt qz cōmisit crimen lese maiestatis. vel est hereticus. l. ad le. in. ma. l. vlti. et de he. et ma. l. manicheos. et e. x. de here. ad abolendam. In his autē criminibus donare nō pōt quis post sententiā. secus est si donet ante. ff. c. post cōtractū. hęc etiā seruus nec filiusfamilias: nisi habeat pecuniā castreū vel quasi: v̄l nisi habeat liberā administrationē p̄culij p̄fectiū: et h̄z fm sit sp̄aliter ei cōcessum. vel nisi sit filius comitis vel marchionis vel senatoris. aliter nō: quātūcūqz magnus et discretus. ff. c. filiusfamilias. Itē si impator donet comū interpretamur. eā cū oib⁹ iurib⁹ et p̄tinetijs

suis eē donatā. l. d. bo. va. be. l. si q̄n. li. do. Circa 4^m sciendū q̄ donari pōt p̄senti et absenti. noto et ignoto. ff. c. l. vlti. amico et amice etiā meretrici: nisi sit miles ille qui donat amice. quia miles nō pōt donare meretrici. doctori v̄l nō docenti. ff. c. affectionis. et l. de dona. inter vi. et vxo. l. 3. patris. et filiosfamilias. et l. xno. ti. l. c. siue emancipati. vxo. autē meo donare nō pōt. l. de dona. inter vi. et vxo. p. totū. et dicit Hosti. i. sū. ti. de dona. inter vi. et vxo. q̄ quicqd̄ de donatōe inter vi. et vxo. dicit p̄hibiti. idem pene intelligas de donatōe inter patrē et filiū. Itē si aliqz de curia l. et curialib⁹ et dicit s̄bam suam alicui quocūqz mō: siue inter viuos siue in vltima voluntate: quarta pars abetur curie. Excepit autē loca pia quib⁹ pōt dare totū. ita q̄ curia nō retrahet quartā. i. 3. q. 8. quicūqz.

Circa quintū sciendū q̄ illud et solū illud pōt dari quod pōt in v̄sū alterius transferri. ff. c. in edib⁹. §. vlti. Itē nō pōt a plato dari nisi cū cōsensu capituli. e. x. c. pastoralis. nisi res modica. vt supra dictū ē de abbate. p̄ter quinquagesimam et centesimā ad ecclesiā p̄struendā vel cōstructā ampliandā. vt e. x. d. bis que sūt a pla. pastoralis. al non pōt fieri ab eo p̄petua donatio: nisi forte moderata fm cōsuetudinē patrie: vel nisi cā elemosine. siue c̄neis siue p̄pinquis. e. x. de testa. c. ad bec. in. fi. et c. relati. vel nisi ex causa de p̄silio pape vel maioris partis sui capituli e. x. c. p. tuas. et c. pastoralis. Cōsuetudo etiam generalis tenet q̄ plati sui p̄potes pecuniaz equos fructus et res se momentes et mobiles donant pro libito voluntatis. Possent tñ si nimis excederet reprehendi: qd̄ ē p̄mittēdū arbitrio boni viri. ar. e. x. c. aplice. ceterū. fraternitatē. hęc Hosti. c. ti. Itē nō p̄t aliqua donari in enormē leſionē ecclesie. e. x. c. fraternitatē. Et qd̄ si p̄ multas donatiōnes platus ecclesie ledat. nūquid ille donatiōnes reuocāt. hęc Ber. e. x. c. fraternitatē. ad hoc arguit pro et cōtra p̄ iura. hoc tñ indeterminatū relinquit. Itē supradictā quinquagesimam et centesimā donare potest ep̄scopus tam de redditib⁹ ecclesie q̄ de possessionib⁹: dumō ecclesia nō ledat. e. x. c. aplice. in. tex. et glo. 3. i. sine ei⁹.

Circa 6^m sciendū q̄ donatio oli h̄z v̄l a iura fiebat tñ stipulatōe. hodie autē pōt fieri solo pacto p̄ v̄ba

pñis tps. vt dono. s. nudis vñs. cōsensu
 tamē donatoris 7 donatarij interueniente
 aliter nō ff. e. nu. 3a. imo inter pñtes 7 ab-
 sentes per nunciū vel epistolā in scriptis
 7 sine scriptis fieri pot. l. e. nec abigi opz
 7. l. si aliqd. nisi forte puenit iter partes
 q in scriptis fiat. l. de fide instru. pñs.
 vel nisi forte fiat a patre in filiū emancipa-
 tū. vel nisi fiat inter psonas pñctas. l. e.
 si quis in emancipatū. 7. l. se. S3 nisi exce-
 dat quingētos aureos. nulla o3 fieri i scriptis.
 Et dicit hic scriptura insinuatio apō ma-
 gñatis puenientes: hoc ē q donator apō
 eos exprimat q tali donare velit: 7 scriptu-
 ra inde fiat adhibitis psonis publicis: nō
 pñtis. 7 hoc si fiat in actis nō opz adhi-
 bere testes. l. e. in donatōib3. Sit tamē
 qdam casus in quib3 donatio vltra quingē-
 tos aureos sine scriptis tenz. vt cū fit pñs
 locis. in auct3 nō alie. vel d pnu. re. ec. §.
 si min3. 7 cū fit a pñcipe in pñctū. l. e. san-
 cin3. vel ecōn. rfo a pñcto in pñcipē. vel a
 mag3o militū in milites. vel a pñcto in pri-
 uatū in repatōe domoz. vel a pñcto in
 pñctū in donatōe ppter nuptias. l. eo. in
 auct. itē 7 a pñctis. 7 in auct. vt nō hñt pi-
 gno. §. illud quoq3. 7. l. d. dona. an. nup. i
 auct. eodē casu. vel cū vsure futuri tps re-
 mittit. ff. e. modestinus. Sit etiā donatio
 p vba futuri tps. vt dabo vel donabo in
 star stipulatōis que habet fieri p verba fu-
 turi tps. ff. de v. ob. stipulatōnū. Quid si
 plures donatōes alicui facte sint diuersis
 tps: quaz nulla p se excedit sumā predi-
 cta: s oēs insimul excedūt. Rndet hosti.
 q donatio valet: i3 nō sit insinuata. l. eo.
 sancin3. §. si aut. Quid si donatio facta
 sit in singulos ānos eius quantitatis: qñ
 nō excedit sumā: sed oēs simul excedunt.
 Rndet hosti. q est donatio vna. ff. de do.
 cā mo3. senatus. §. si. si tamē psonalis fue-
 rit: qñ. s. nulla de heredib3 facta est mentio:
 non exigitur. si autem de heredib3 vtriusq3
 s. donatoris 7 donatarij vel alteri3 eoz
 mentio fiat: exigit etiā scriptura. l. e. sancin-
 mus. §. finali.

Circa 7^m sciēdū q donator tenet
 tradere q3 donauit vl eqpollens
 insti. e. §. pñctū. nō tenet autē de
 euictione. ff. e. aristo. in glo. si. nisi ex pacto
 cōuenit. l. e. l. z. Et hoc qñ incepta a tra-
 ditione: vel vbi donatio incepta a pmissi-
 one. ff. de ver. ob. vbi aut nō apparz. §. vlti.
 possum agere de dolo q donatorē: si mihi

det scienter rem alienā. ff. e. aristo. §. vlti.
 fm Jo. 7. q. i. e. 3. Tenet aut donator da-
 re inquantū facere pot. i. habita rōne sui
 ne egeat. ff. de re. iu. cu3 ex causa. 7 ff. de re.
 iur. in cōdemnatione. Nota q in donatōe
 nō obligatur quis absentī nisi in casu. p^o
 si mittat qui rem sibi ferat. 2^o si rē penes
 se habeat. 7 eam sibi donatā eē sciat. sed si
 nescit eam sibi eē datā: vel nō dñ accepit
 eam sibi missam: non fit dominus rei do-
 nate: que si per eius seruū fuerit sibi missa
 nisi ea mente fuerit eius seruo data vt sta-
 tim eius fiat. 3^o si habeat aliquē pñtem:
 qui nomine eius accipiat rem illam. ff. e.
 absentī. 7 ff. de ne. ges. si ego. Itē quando
 duobus res aliqua datur vel vendit: sem-
 per est potior is cui res pmo tradit. nō cui
 pmo dat. l. de rei ven. quotiens. h. hosti.
 cū de spon. du. tuas. Itē donatari3 donato-
 ri naturaliter est obligatus ad antidota.
 ff. de re. be. sed 7 si lege. §. consuluit.

Quē videre de octauo. s. de cau-
 sis ex qb3 donatio reuocat. circa
 quod sciēdū q reuocat pmo p-
 pter defectū cause ppter quam res data ē
 cū. de ele. cō. qd a te. Secūdo ppter pñcti-
 onē adiectā. cū de condi. ap. v. 7. Tertio
 ppter dantis impotentā de qua dictū ē in
 quarto arti. Quarto ppter pacti turpitudi-
 nē. cū de simo. veniens. Quinto ppter dati
 enormitatē. i3. q. 2. si quis irascit. vbi dicit-
 tur q si pater tñ donet q filius echeredi-
 tet debet donatio reuocari. Sexto ppter
 recipientiū fraudē. i3. q. vlti. constituit. vbi
 dicit de illis abbatib3 qui inducunt aliq3
 ad rēponendū pecuniā ppter turpe lucrū.
 q res eoz heredib3 reddere debet. Septio
 ppter supnientē filioz natiuitatē. i3. q.
 si. quicunq3. vbi dicit q quidam nō hñs
 filios res suas ecclesie dedit usufructu sibi
 retento. Postea vō natis sibi filiis res sūt
 reddēde. 7 hoc nō iure fori s poli: vt dicit
 Ber. cū. e. c. vlti. Octauo quatenus mo-
 dū excedit. i3. q. 2. si quos. vbi dicit q ep3
 pot serui bñ meriti manu uittere. 7 ci. 20
 solidos dare. 7 si vltra redierit p successorē
 poterit reuocari. Nono ppter ingratitudi-
 nē. cū. e. c. si. vnde si quis impugnat eū a
 quo bñficiū habet: bñficiū pdit. cū de. po-
 sta. c. vlti. sic etiam perditur seu. dum. di. 86
 si imperator. vel legatum. ff. de inoffi. testa.
 papinianus. §. meminisse. sic etiā reuocat
 in seruitutē libert3 q patronū ipugnat. l.
 de obse. pa. p. si manu missio. 7. i3. q. 2. libi.

Sunt autem et quædam alie cause civiles propter quas donatio reuocatur. reuocatur enim donatio facta libero. primo propter obsequium non prebitum patrono: ita etiam quod reuocatur emptæ et pecunia donata. *l. de reuo. co. l. i.* Et hæc tamen causa non reuocatur liberti. quia in non faciendo leuiter et liget. *l. de libe. ca. solo.* si tamen deliquerit pro non in faciendo offensam etiam leuiter: poterit reuocari in seruitute. Et sic debet intelligi. *l. de lib. et co. l. i. z.* quod autem dictum est quod propter obsequium non prebitum non reuocatur liberti in seruitute: est verum de liberti puati. secus est de liberti ecclesie si quod rediget in seruitute: de quo vide infra *li. 6. de ser. no. or.* 2^o donatio liberti facta toto reuocatur propter liberos postea a patre non susceptos. quoniam etiam ipse filius postea genitus totum reuocare potest. *l. de reuo. dona. si vnq. 7. 17. q. vlti. q. cuq.* Donatio vero facta filio emancipato siue alicui de liberis non extitit in parte donatoris: siue etiam ex tunc reuocatur propter quos causas ingratitudinis. primo si donatarij atroces iniurias donatori intulerit. ut quod dixit ei in platea vel loco sibi quod erat fur: vel aliud simile. 2^o si manus impias in eum iniecerit. 3^o si graue damnum reipse suam intulerit. 4^o si vite periculum ei inferre attemptauerit ut quod cum intoxicare voluit. 5^o si conditionem appositam non impleuit. De his casibus habetur. *l. de reuo. co. l. vlti. p. v. quatuor casus aguntur. c. c. vlti.* Mater vero quod donauit filio et postea transit ad 2^o vota donatoris reuocare non potest: nisi ex tribus casibus. si videlicet ei in insidiam: vel in eam manus inferat: vel iacturam totum ei in se moliat. *l. de reuo. co. an. q. d. mater. 7. an. d. nup. mater tamen.* hoc etiam non debet per Hof. in *si. c. ti. 7. p. Ber. c. c. c. vlti.* Est autem hoc in reuocandi personale ab utraque parte. vnde non transit ad heredes donatoris quod tacuit super hoc in vita sua. quia tacendo renunciauit videlicet. nec ad heredes donatarij. *l. c. l. vlti. in fi. nisi donator in vita sua se prepaucrit ad agendum.* ut dicit *hosli. c. c. c. vlti. ar. l. de in offi. testa. si pater.* Et nisi in donatorem facta liberti quod liberis postea susceptis etiam a filio reuocatur. Quid si in donatore pactum fuerit quod donator donatorem prebitum alicui ingratitudinis non reuocaret? tale pactum non teneret: quia equitati naturali prebitum est. si aliquis impune ingratitudinis vitium committeret. *l. de inuti. sti. ex co.* Ad hæc nota quod si qui clerici illis ecclesiis quibus fuerant intulati in possessionibus vel alijs bonis aliqua donasse noscuntur: cum ab eorum ministerio et beneficio fuerint amoti: ad eas

debent reuerti. *ex d. d. q. i. q. d. a. te. 7. is. c. 6. de lapsis.* Sed præterea videtur. *lx. q. z. nulli liceat. 7. ex d. p. di. appo. ver. 7. 8.* super hoc fuerunt diversi modi dicendi ut dicitur in glo. illius. c. q. d. a. te. f. dicitur *Ber. ibidem* quod illud. c. q. d. a. te. 7. similia loquitur de benignitate et dispensatione. præterea vero de stricto iure. Vel dicendum quod si tempore ingressus res sint expressè donate nunquam postea sunt restituende. *l. si reus. vel ac. mo. fu. l. vlti. nisi clerici vellet ei gratiam facere. si vero sint tacite donate persona sequitur. 7. sic intelligi potest. c. q. d. a. te. q. z.* bona sunt accessoria: imo sequitur persona. Hec *Ber. fm. aut. Jo. 16. q. 6. de lapsis.* bona sibi reddet si sint imobilia quantum ad usufructum. quia tempore vite sue videlicet: si pietas apud ecclesiam remanebit. Sed quid si aliquis inuita vxore monasterium intrat et postea reuocet ab ea. nunquam illa que contulit monasterio sibi reddat. *8. Bar. in q. l. omnibus dicit quod sic. q. z. illa non fuit aliter datum nisi tenet ingressus.* Insuper nota quod donatio potest modum accipere. ut tibi hoc ut facias mihi illud. Conditione. ut tibi hoc si feceris mihi illud. *Lam. ut tibi hoc q. z. fecisti mihi illud.* Demonstratorem. ut tibi seruum meum sicubi coquum. vide de hoc infra de modo præbendi sponsalia sub conditione. *li. 8.* Si ergo fiat donatio sub conditione: non tenet nisi conditio extiterit. nec donatarij petere potest rem sibi donatam antequam conditio extiterit etiam si cauere velit de conditione implenda. *ff. de p. di. 7. remon. q. heredi. §. si.* Unde si penante conditione res tradatur: et postea conditio non extiterit: res tradita repetitur. *ff. de condi. ind. l. sub conditioe.* Si vero fiat sub modo donatio statim tenet. et donatarij statim potest petere rem sibi donatam: si cauere velit de modo implendo. *ff. de fideco. libertatibus. c. in test. 7. c. x. ut ec. be. c. vno. in glo. nisi sub modo. vñ magis obligat? et quod donat sub modo quod sub conditione. 7. hoc donatio non reuocatur quod in modum seruatur. Si autem modus non seruatur tunc aut in conditione expressa fuit reuocatio eius modo non seruato. aut non Si sic donatio reuocatur modo non seruato. Si non reuocatur sed agitur ad interesse ut fiat quod conuenit. *l. de rescin. ven. ca. conditione.* Hec *Ber. ex d. p. di. ap. ver.* Si autem fiat donatio ob causam: aut sit ob causam futuram. aut preteritam. Si propter futuram: aut illa causa non exprimitur. et tunc non potest repeti quod donatur. causa enim non impedit donationem: nisi*

expūmatur. l. de p̄di. ob ca. da. si repeten
 di. vel nisi intelligatur a iure. ff. de iure de.
 stipulatio. vbi dicitur q̄ stipulatio que fit
 ob cām totis non habet in se tacitā p̄diti
 onē si nuptie fuerint secute. Aut expūmif
 7 tunc aut dat̄ p̄pter cām honestā: 7 tunc
 repeti p̄t: si illud p̄pter quod ē datū nō ē
 secutū. Aut p̄pter cām turpem: 7 tunc aut
 illa turpitudō est ex parte accipiētis tñ. 7
 sic p̄t repeti: etiā si res sit secuta. vt si redi
 tibi ne mibi facias iniuriā. i. q. z. iubem?
 7. c. l. e. Aut ex parte dantis: sic nō p̄t re
 peti. vt illud quod dat̄ meretrici. Illa enīz
 turpiter facit q̄ ē meretrix: sed nō turpiter
 accipit eā sit meretrix. p̄t tamē pign⁹ ab
 ea repeti: nō actōe pignoratitia: sed rei vē
 dicatione. ar. l. si ob tur. can. l. z. super v.
 melior. Aut ex parte vtriusq̄. vt si res pe
 cunia iudici vt mibi iudicet. 7 tunc repeti
 nō p̄t. ii. q. 3. que recte. Hoc autē fallit in
 magistro qui dat̄ pro licētia docēdi: q̄ p̄t
 repetere quod dedit. 7 hoc fit in. odii eius
 q̄ recepit. e. x. de magi. p̄hibeas. fallit etiā i
 simoniaco regulari cui pecunia redditur.
 vt cū ea i monasteriū arca⁹ recludat̄. imo
 monasterio potius q̄ p̄sone datur. e. x. de si
 mo. veniens. Nota tñ q̄ quando turpitu
 do ē ex parte dantis vel vtriusq̄: tunc l̄z
 dans nō possit repetere: fiscus tñ repetere
 p̄t. ff. de do. inter vi. 7 vxo. cū hic status. §.
 vlti. Si vō aliquid dēt p̄pter cām p̄teritaz
 vt do tibi q̄ hoc fecisti mibi: tunc nō repe
 tit̄: etiā si causa sit falsa p̄pter quam datur
 ff. de p̄di. inde. casus. si aut fiat donatio p̄
 p̄ter demonstratōez: tūc etiā nō repetit̄: etiā
 si sit demonstratio falsa. q̄ demonstratio vel
 cā falsa legatū n̄ perimit. ff. de fal. cau. ad. l.
 .z. Ad hoc nota q̄ si verbū in instr̄o do
 nationis sit dubiū largissime ē interpretādū
 q̄ in cōtractib⁹ plena. in testamētis pleni
 or. in bñficijs ē interpretatio plenissima fa
 cienda. e. x. c. cum dilecti filij. in fine.

De donationib⁹ cā mortis titulus xi.

u Ifo de donatione inter viuos:
 videndū ē de donatiōe cā mor
 tis. Et p̄mo quid ē donatio cā
 mortis. 2^o quis p̄t donare.
 3^o cui p̄t donari. 4^o quid p̄t donari. 5^o
 quot 7 que sunt spēs eius. 6^o qualiter fiat
 7^o ex quib⁹ causis renocet̄. 8^o in quibus
 hī⁹ donationes sunt similes 7 dissimiles
 legatts. 9^o de effectu h⁹ donationis. 10^o de

forma instrumētī eius. Quid autē sit do
 natio cā mortis dictū ē p̄us p̄e p̄ncipiū
 ti. p̄cedētis. p̄t etiā dici q̄ ē quedaz ex
 mortis vel alterius instantis vel futuri pe
 riculi cōsideratione vel metu dispensatio
 voluntatis. ff. e. l. z. Et addit in diffinitōe
 p̄dicta hosti. liberalit̄ facta. quia si quis
 cā mortis sibi p̄minate rē suā cōferret nō
 valeret: l̄z periculū iminerz. ff. q̄ me. cā. me
 tum. 7 hoc intelligit̄ q̄i metus ideo mibi
 inferē vt aliquid donē. al. sec⁹ ē. ff. e. l. z.

c Irea 2^m sciendū q̄ hī⁹ donatōes
 facere p̄t ois qui testari p̄t: qui
 aut testari nō p̄t eā facere nō p̄t.
 hoc tñ fallit in filiofamilias. q̄ l̄z patre cō
 sentiente testari nō possit: donatiōē tñ fa
 cere p̄t parēte in cuius potestate ē p̄sentī
 ente. l. e. l. pen. q̄s aut testari possit dicit̄
 infra.

c Irea tertiū sciendū q̄ oib⁹ donatio
 fieri p̄t quib⁹ legatū de iure relin
 qui p̄t. de quo etiāz habet infra
 ti. se. ff. e. omnib⁹. in quo quidē tempus si
 donatōis sed mortis inspicit̄. ff. e. i. mortis.
 ergo si sit excommunicatus donatio euane
 scit. e. x. de ap. pastoralis. §. si.

c Irea 4^m sciendū q̄ donari possūt
 res mobiles 7 immobiles: corpales
 7 incorporeales. ff. e. si mortis. Et si
 cyrographa debitoz dent debita vel ēpta
 ibi cōtenta donata vident̄. ff. e. mortis cā
 .f. §. ticia. Et breuiter donari p̄t cā mor
 tis q̄cqd̄ int̄ viuos dari p̄t. de q̄ vide supi⁹

c Irea 5^m sciendū q̄ hī⁹ donatiōis
 tres sunt spēs. vna que fit ab hoīe
 sano eo q̄ cogitat se q̄sq̄ mortu
 rū. alie vero due sunt ab hoīe qui occasio
 ne languoris vel alterius cause timet sibi
 mortē vel aliud periculū de p̄mo imine
 re. quaz vna fit ita vt res donata 7 statū
 fiat accipiētis. Altera vero vt tunc fiat
 accipiētis cū donās recesserit. ff. e. l. z. La
 dit autē hāz donatiōnū q̄l̄z int̄ vi. 7 vx. de
 quo vide li. 8. ad si. tractat̄ de m̄imonio.

c Irea sextum sciendū q̄ hec do
 natio sit tripl̄r. s. traditōe pollicitati
 one 7 stipulatione. ff. e. senatus. §.
 sed qui mortis causa. sub quacunq̄ autē
 specie fiat vel quocunq̄ modo inseri debz
 in ea q̄ fiat causa mortis vel alteri⁹ piculi
 talis. quia al̄ esset donatio simplex inter
 viuos: quātūcunq̄ fieret in articulo mor
 tis. q̄ nō eo ipso qd̄ quis moriens donat
 donare mortis causa videt̄. ff. e. senatus.

§. vlti. fm a 30. fm aut hosti. hoc estiman
dū erit ex vboꝝ affectione ⁊ qualitate p
sonaz ⁊ status. ⁊ si nihil apparet psumit
inter viuos donatū. vt dicit in fi. predicte
l. Et debent in ea quinq; testes adhiberi.
L. c. l. fi. debet etiam pns esse persona cui
fit vel alia que vice eius recipiat eam. vñ
si vult donare eā mortis paupibus vel ec
clesie conet notario stipulantū recipienti
noie paupꝝ vel ecclesie. ff. e. inter.

Circa septimū sciendū q̄ hec dona
tio cuiuscūq; sp̄ei vel modi sit ipso
iure triplr̄ reuocat. l. si donans su
puit erit: seu de periculo in quo erat qualu
erit: vel eū penituerit: vel donatari⁹ p̄us de
cesserit. insi. e. in p̄n. Si tamē donans irre
uocabile eā dixerit eē: irrevocabilis erit. vt
si dicat sic. donationē hanc quantūcūq;
donatari⁹ aut me supuicere vel penitere
p̄tingat: tamē irrevocabile esse pacifcor: ⁊
inbeo volens eā nulla rōne vel eā infringi
vel irritari posse. ff. e. senatus. §. mortis cā.
Et sic habebit effectū simplicis donatōis:
l. 3. dicat. fieri cā mortis.

Circa octauū sciendū q̄ hec dona
tio differt a legato. p̄mo q̄ legato
semp̄ dat ab herede: s̄ donatio cā
mortis vel ab eodē vel a defuncto. 2. q̄
filiūfamilias patre p̄mittēte hāc donatio
nē facere p̄t. nō aut p̄t legare vel testari
q̄ hoc ex alieno arbitrio pendere nō debz
ff. e. tam is. 3. quia testamētū si accūso le
gati p̄do. nō aut donationē. ff. de his q̄b⁹
vt indig. l. post legatum. ⁊ insi. de dona. §.
i. in glo. sc̄re. vbi etiā plures alie ponunt
d̄ se. Conuenit aut cū legato. q̄ in morte
p̄firmat: ⁊ ex ea falcidia detrahif. l. ad. l.
falc. l. fi. ⁊ in tantū ē similis ei: vt cum ipso
sc̄re p̄ oīa cōnumeret. insi. de dona. §. i. in
textu ⁊ in glosa.

Circa nonū sciendū q̄ effectus h⁹
donatōis ē vt res si fuerit t̄dita re
tineat: vel si nō fuerit tradita ven
dicit: nō obstante vsucapione. ff. e. senat⁹.
§. i. expense tū necessarie vel viles p̄ coli
exceptionē recuperant. ff. e. si mortis. Item
vt insi⁹ titulus vsucapiēdi trāserat. ff. e. q̄
alienā. ⁊ hec sunt vera nisi donatio fuerit
reuocata.

Circa decimū sciendū q̄ si fiat dona
tio cā mortis p̄ obligationē ab ho
mine sano: que nullū insiās piculū
taret: dicit sic. Petrus san⁹ exis: sciēs tū
se quq; mortu⁹ p̄tē cā mortis fecit do

nationē. donauit. n. cā mortis Joāni fratri
suo ibidē p̄tē p̄dū tale sollicitatione offe
rēs: vel sic solēni stipulatōe interueniēte p̄
mittens dicto Joāni dare tradere ⁊ exhi
bere post mortē ip̄i⁹ donantis dictū p̄dū
⁊ volēs atq; pacifcens vt statim post mor
tē eius ip̄i⁹ ioāni p̄tē ⁊ exactio dicti p̄dū
p̄tē pleno iure: nisi vel donatari⁹ p̄mōi
vel donatorē donatōis predictē penitere ⁊
eā in vita sua sp̄aliter reuocare p̄tingat.
Hoz. n. duoz. altero p̄tēte donatio ena
nescit. Si vō donatio cā mortis p̄ traditō
nē fiat metu mortis vel alterius pe
riculi ⁊ p̄ximo iminētis dicit sic. Petrus
languens ⁊ p̄xime mortis piculū metuēs
vel sic. Petrus ⁊ p̄ximo mare transit⁹
vel ad bellū iturus timēs naufragiū vel bel
li piculū. p̄ tē reuerētia ⁊ suoz. delictoz
ioāni p̄curatorē p̄uenit talis religioforuz
noie cōuenit ei⁹dē recipienti p̄dū tale: ⁊
dans ⁊ tradēs in p̄tē ip̄i⁹ ioāni dictū p̄dū:
vel sic p̄stituens se ex nūc dictū p̄dū ip̄i⁹
ioāni donatari⁹ p̄dicto noie possidere vel
quasi: ⁊ volēs vt ex nūc dicti p̄dū dona
tio in eūdē donatari⁹ p̄dicto noie sit tran
latū: ⁊ predictū p̄dū cetero eius noie
sc̄p̄ dicto fiat: nisi vel donatorē ip̄z ab hac
egritudine liberari vel donatōis penitere
p̄tingat. ita. l. vt quodcūq; hoz. contingat
donatio euascescat. Si vō filiafamil. nupta
faciat donationē cā mortis dicit sic. Dña
Leta filia petri ⁊ vxor tici⁹ p̄pos mente ⁊
egra corpore: q̄ i patris potestate p̄stima
testari nō poterat: infra scriptā cā mortis
donatōez piculū mortis iminere ⁊ p̄xi
mo cognoscēs: p̄dicto patre suo p̄tē ⁊ cō
sentiente mō infra scripto facere p̄curauit.
p̄mo nanq; ⁊ dotib⁹ suis ⁊ iuribus ad se
spectantib⁹ cā mortis donauit pro aia sua
cētū lib. expēdēdas hoc mō. Itē p̄ fratre
suo. io. lib. 20. Reliquū vero sine residu⁹
dotiū bonoz ⁊ iurū suoz mortis cā do
nauit p̄dicto ticio viro suo recipienti vice ⁊
noie l. ⁊ h. filioꝝ eius. ita tñ q̄ si aliquis
p̄dictoz filioꝝ eius recesserit an ipsam ei⁹
portio supueniat donatōe cā mortis p̄mit
tens solēni stipulatione interueniēte cui⁹
p̄dictoz donatarioꝝ ibidē p̄tē recipi
enti suo noie p̄ donatōe sibi facta ⁊ vice
illius siue illoꝝ cui⁹ vel quoz noie ē do
natū. b. notario supra scripto recipienti. 20.
eidē dare vel tradere vel exhibere p̄tē
rē vel res ipsas donatas: ip̄ius donantis

moite secuta. Et volens atq; pacifcens vt
quantitatis rei vel rerum donatariū illico
post mortē eius petitiō 7 exactio cōpetat
pleno iure: nisi donatariū vel donatarios
ipōs p̄mōzi aut eā ab hac egritudine libe
rari vel donationis penitere contingat.
quocūq; enim istoz p̄tingente donatio re
necata sit penitus 7 euancat.

De legatis titulus 22.

Deinde quia vt dictū est legatis
valde similes sunt donationes
causa mortis: ideo dicitur dicitur
dū est de ipis legatis. Et primo
quid sit legatū 7 fideicommissū. 2^o q̄s pōt
legare. 3^o cui pōt legari. 4^o quid pōt
legans legare. 5^o in qua vltima voluntate
